DINAMIUS GRAMMATICUS AD DISCIPULUM SUUM AIT

O quam dolenda conditio & fortiter excranda d(eu)s nos mutat
adcaelum quos diabol(u)s mergit infernum praedonem sequi
mur. praeter mittimus redemptorem Qui nos amauit odimus qui nos cap
tiuauit amamus Carior nobis est qui nos seruituti subdidit q(ua)m qui liberta
ti restituit Semp(er) ante oculos pone quod non amicorum turba n(on) familiae mul
titudo n(on) auri argenti que congestio Non gemmarum lapilla fulgentia non uin
demiarum ubertas non densitas segitu(m) n(on) numerositas oliuaru(m) n(on) iucunditas & ten
sa pratorum possunt animae excidenti de corpore ullu(m) adferre praesidiu(m)
sed plus lugent qui plus diligunt & dum auxilium praestare nequeunt pug
nis pectora & lacerta tundunt Illi tamen qui sepulchro conditur nihil praes
tetur u(m) Ideo diligendus e(st) uerus amicus n(oste)r cuius ante mortem & post p(rae)sidio
Nos comitatur Qui redemptor noster ideo d(icitu)r redemit en(im) nos a diabo
li captiuitate Saluator saluando nos a peccatis n(ost)ris Adiutor adiuuan
do nos in oportunitatibus in tribulatione Protector protegendo nos
ut inter inimicos n(ost)ros maneamus inlesi Susceptor suscipiendo nos in ae
terna tabernacula INT Quis primus philosophi nomine nuncupa
tus est R(esp) Phitagoras humilitatis gratia non se sapientem ut ceteri
sed philosophu(m) id est amatorem scientiae dici uoluit cuius sectator socra
tes fuit qui platone(m) erudiuit a platone uero famosa philosophia in par
tes diuisa est INT Philosophia in quot partes diuisa est R(esp) In iii physica(m)
aethicam loicam id est naturalem moralem rationalem & nulla ars
est quae undecumque inuenta fuerit q(uo)d in harum aliqua cogi non pos
sit Quarum prima harum naturae & contem platione deputatur Secunda
in actione & causa recte uiuendi uersatur Tertia in discernendo uerum
a falsis opponitur INT Haec trifaria philosophia in partibus suis quomodo
subdiuiditur R(esp) phisicam namque disciplinas VII hab& Quarum prima
arethmetica ars est Secunda geom&rica Tertia musica Quarta astrono
mica Quinta astrologica Sexta mechanichia Septima medicina INT
arethimetica quae e(st) R(esp) numerositas ac definitio p(er) quam numeroru(m) omnium or
do consistit Est autem numerus inp(er)fectus plus quam perfectus ·i· inp
fectus e(st) ille qui minus ad se peruenit ·ii· plus q(uam) p(er)fectus est qui ultra se
& suis diuisionibus crescit ·iii· perfectus e(st) qui ultra se nihil reliquit
INT Quae est lex arithmeticae artis R(esp) lex scilicet eius est ut quotiens cum
que de ter(ren)is res agitur de superioribus ad inferiores numeros des

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1746/0125